



Regula honestatis moralis seu tractatus theologicus tripartitus de regula moraliter agendi

In Duos Item Libros Dividitur: In priori potissima fundamenta, & principia moderni Probabilismi intrinseca exactè, & accuratè examinata multipliciter evertuntur, & non esse verè principia, ... In posteriori verò eundem cum modernis Decretis Pontificiis multiplici argumento ... ubi multa de ultimi ...

Camargo, Ignacio de

[S.l.], 1702

Conclusio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94767](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94767)

Psal. 20.

670. En lætitiā non fictā : en verā beatitudinē , quā abscondiſſe Deū dixit Propheta non sine admiratione, *Quā magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quā abscondisti timentibus te!* quia scilicet non patet oculis carnis, idē fugientis à via ista, quod ipsius dulce-

dinē percipere non valeat. Porro, ut inquit Apostolus, *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.* Verū, si verē sapiamus, veramque optamus securitatem, & pacem, *spiritu ambulare debemus, nec desideria carnis perficere*, ut idem nos Apostolus docet. 1. Ad Cor. 2.
Ex Epist. ad Galat. 5.

CONCLUSIO.

Injuriam tibi Lector, irrogare me crederem, (licet is olim fueris, quem meminimus,) si diutius te morandum putarem. Puto dicta sufficient, & abundabunt, ut vel persuasus firmiter maneat de benigna sententiæ falsitate, vel saltem ut sollicitus non mediocriter de veritate tanti momenti sincerissimè investiganda, lectionem libri nostri, quem cæcus percurristi, jam expeditis oculis repetas. Id dum effecerō, non modò nihil verear, ne non Probabilissimum constantissimè damnes; verū etiam ne non, & doleas nimium, & mirearis magnopore, quod illum aliquando probaveris.

Hæc sunt, DOMINE JESU CHRISTE, quæ te donante, peccatorum meorum licet tenebris repugnantibus, de luce tua capere potui. Sententiam veram, adeoque tuam, quin, te dante, docuerim, dubitare non possum. Doctrinæ veræ tuæ multa ex meo irrepsisse ineptè ni-

mis, importunè, imprudenter, & (quod dolendum magis) falsò fortasse dicta, non dubitare, sed præsumere debeo. Probabilitas omnes (tu nosti Domine) sincerissimè amo. Probabilissimum vehementer odi, & ut oderint omnes impensè opto, & te adjuvante, semper pro viribus curabo, quia te illum odisse certò novi. Errores insectari tantummodò, ne noceant animabus innumeris pretioso tuo Sanguine redemptis, intentio mea extitit. Ab scopo fortasse haud parum aberraverim, nimis credibile mihi est. Strenuè, ac fortiter pugnandum fuit, si spei victoriæ renuntiare non vellem, multis strenuis contra fortissimè pugnantibus. Facile fuerit jaculum validè in errorem contortum contra intentionem meam ad errantem pertingere. Homo sum miser, ac nimis homo, & Ignorans egressum, & introitum. Tu, Reg. 3. verò, Domine, propter nomen tuum ignorantias meas misereberis.

F I N I S.